ſed suadendo respondi omnibus per eum tact

Dominum Omnes et concorditer ordinaverunt quod quando committitur auditori quod sola facti veritate in- Cii
specta procedatur quod vigore istorum verborum potest abbreviare terminos
de stilo palatij introductos nam si non obstaret stilus hoc possem
in causa beneficiali criminali ac mixta forum clem ſepe de verbo ſig igitur
ut dicta verba aliquid operentur de priuil. c. ii. tertius. et c. ſi papa li.
vi. et cito veritas eruatur voluerunt ut termini abbreviarentur
ſicut antea poterant quia res de facili revertitur ad ſuam naturam
propterea di. ab exordio et ff. de pat. l. ſi vini et qualiter debet procedi
et quales termini ſervari vide ſupra concluſ. xxxix.

Item habens potestatem conferendi auctoritate apostolica beneficia Ciii
ſedi apostolice reſervata nedum ſpecialiter ſed etiam generaliter
reſervata conferre non potest beneficium quod vacat in Curia per obitum cu-
rialis. exceptis quia illa non veniunt ſub generali concessione de preben. c. ii.
li. vi. et ideo quia privilegium principis late est interpretandum de verbo ſig. c. olim
de donat. c. cum dilect. et ubi papa non distinxit nec nos distinguere
debemus ii. q. v. consuluisti et de translat. c. cum inter corpalia.
et de ma. et obe. ſolite et de qui lepro. c. quam cum ſit dns
Egidius et petrus naldinis contra per c. ii. de preben. li. vi. propter
nihilominus et decretum ibidem poſitum quod refert ad dicta beneficia quecumque
apud ſedem apostolicam vacantia concedit hoc aliud est enim dicere
beneficia vacantia apud ſedem apostolicam conferre et aliud reſervata
ſedi apostolice conferre ut in concluſione proxima. nota et vide. in conclus.
c. xxxiii.

Item Si licet appellatione interpoſita a diffinitiva ſit de facto Ciiii
auditor tamen datus in huiusmodi causa appellationis poteſt
appellationes pronuntiare deſertam vel confirmare per ſententiam ſi voluit
preſertim ſi in commiſſione ſibi negotiali commiſſio erat per expreſſum committatur
nam ex quo transivit tempus in iudicio et tempora appellationis ſunt lapſa
et ſic per conſequens eſt confirmata ut c. perſonas de app. et c.
cum ſit et c. reprehenſibiles et de elect. cum dilectus iudex
vero male facit confirmando quod per legem confirmatum eſt.
videtur etiam tenere Innocentius in c. i. de confirmat. utili vel
inutili in fine.

Item an fiat condempnatio expenſarum in causa attemptatorum Cv
potest fieri taxatio eorundem ante finem prola-
tionis in principali et pro ſententia ſuper attemptatis lata tamen taxa-
bitur quantum pro ſententia in principali lata quia vim diffinitive
habet ut in conſtit. quo[niam] xxxii. pro regred. conſtitutum continet.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 718, p. p.%2088 – Guilelmus Horborch: Decisiones novae Rotae (http://www.e-codices.ch/en/csg/0718/p.%2088)